

3597.

1341 d. 23 Sept.

KNUT SIGVIDSSON säljer till Halstan Petersson sin hustrus Elena Abjörnsdotters arfvegods i Frestad, samt gifver såsom ersättning för dessa gods och de gods i Halsås, han sålt till sin svåger Göstaf Abjörns-son, åt sin hustru sin större och bättre gård i Yxnavalda.

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 6. f. 34.

Omnibus presens scriptum inspecturis vel auditoris Canutus siguidson, salutem in domino sempiternam. Notum facio vniuersis, tam posteris quam modernis, quod me recognosco nobili viro, ac discreto, Halstano Pætarson omnia illa bona, in Fræstadum, infra sepes et extra, cum omnibus adiacencijs que vxor mea dilecta Elena abiornadotter, iure hereditario post mortem Benedicte sororis sue nostris acquisiuit, secundum iura et leges terre ratione nobilium vendidisse, tali condicione prenominata quod predicta bona ipsi Halstano Pætarson ac heredibus suis cedant perpetuo possidenda. per me, vel per aliquos heredum meorum, minime reuocanda, seu aliqualiter redimenda. Insuper nouerint vniuersi quod me recognosco pro bonis predictis, Halstano Pætarson venditur[α :venditis], necnon pro bonis in Halsaa et[α :eciam?] coniugis mee [a] me per Gustauum Abiørnason fratrem eius emptis cum omnibus adiacencijs, curiam meam maiorem ac meliorem in ygsnawaldum, cum omnibus adiacencijs, infra sepes et extra, iure hereditario post mortem Patris mei acquisitam legaliter ipsi Elene abiørnadotter, coniugis[α :—gi] mee, ratione discretorum persoluisse, sibi ac heredibus suis, perpetuo possidendam, per me vel aliquos heredum meorum minime redimendam In cuius testimonium sigilla discretorum virorum, fratrum vxoris mee, Benedicti et Gustai Abiørnasoner, et Haquini Bardason, vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa. Scriptum Anno domini M. CCC. quadringentesimo [α :quadragesimo] primo, dominica proxima ante Michaellem.

Sigillen adliga, endast Bengt Abjörnssons fullritadt (sparre).

3598.

1341 d. 29 Sept.

NILS DANNÆS förklarar att Nils Udsson gjort reda och räkning för de gods honom varit anför-
trodda.

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 5. pag. 6.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Nicholaus Dannes, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, me discretum virum Nicholaum Vd-